

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

KW
232 M 15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

& te humiliando & infringendo orationes funde.

Versio Nova.

creator, omnia novit. Septem signa te edocuimus, & summè pretiosum Alcoranum. Diversa bonorum, ab impiis possessorum genera, ne attentè nimium considera, neu te affligas, his in malitiis suis perseverantibus. Dic iis, nihil equidem prædico, quàm Dei verbum, infernique pœnas. Impios castigabimus, prout castigavimus eos, qui Alcoranum diviserunt, partem unam approbantes, alteram abjurantes. Dominus tuus sum, actionum suarum rationem reddituri sunt, quod jussus es prædica, teque ab infidelibus segrega; tutabimur te contra eos, quibus despectui fueris, idola quique adorant super discursus suos cruciaberis, sed lauda & adora Dominum tuum ad vitæ finem usque.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

noſtris Prophetis contradicentes, prorſus delevimus. Ipſi namque noſtris virtutibus ſibi miſſis minimè credentes, in rupibus ſecando domos ſibi ſubterraneas, ad ſui protectionem, atque ſalutem ædificabant, quibus noſtra voce diluculo ſumptis, omne ſuum opus minimè profuit. Nos cœlum, & terram, & illis univerſa contenta cum veritate creavimus. Horaque veniet, veſtræ formoſæ veniæ ſeptem verbis, & Alchoran immenſo tibi noſtra gratia dato, nullatenus oculos ad maritatas erigas, nec eas in corde tuo concupiſcas, ſiſque ſubjecti cordis, & humilis teque nuncium præcepta mea diſceptatoribus de Alchoran dubitantibus, facturum, clarifica. Illos quidem diſcerptores per memetipſum juro, pro factis ſuis atque ſermonibus ante me venire faciam. Tu quidem interim illis mea præcepta notifica, ab incredulis te retrahens, & ab irriſoribus tuis ego te liberabo. Deo Deum alium aſſociantes, an verum ſit ipſi ſcient; jamque videmus hoc quodam modo ſuis mentibus diſſonum & moleſtum exiſtere. Tu quidem Deum unum adora, eum invocare uſquequo mors ſuperveniet, non deſinens:

Versio Nova.

fuſi non impedimus te, quo minus hoſpites tuos curare poſſis. Manè ſatis, & maturè tonitru eos præter ſpem oppreſſit, urbem funditus evertimus, & lapides, ignemque pluere fecimus, quo caſu civitas penitus diruta eſt. Exemplo hoc tranſeuntibus futurum eſt, ruinas has ſpectaturis, Divinæ verò Majeſtati confidentibus, ſigno, quàm omnipotens Deus ſit. Sylvarum Medinenſium incolæ improbi erant, ſed ulti eos ſumus, poſteritati exemplo facti ſunt, ſicuti Loth Civitatis habitatores. Hegjir vallem qui inhabitabant, Prophetas mendacii inſimulabant, miracula noſtra ipſis oſtendimus, & præcepta noſtra eos edocuimus, contemptui ea habuerunt, ſed manè in ædibus ſuis ſuper montes extructis requieſcebant, inque munimentis ſuis, tum cum tonitru eos præter opinionem oppreſſit, quos theſauri ſui liberare non poterant, omnes exſtirpati ſunt. Terram, cœloſque creavimus, eo tantum fine, ut de veritate, & unitate noſtra teſtimonia extarent. Propinquat judicii hora, ſepara te à populo tuo cum omni manſuetudine, Dominus tuus, omnium rerum crea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

tem Loth venientibus, dixit ipsa, se nequaquam eos agnoscere. Quibus ipsi responderunt: Nos venimus vobis ignorata patefactum, nil falsitatis admixturi. Secretoque Loth sic conveniunt. In parte noctis tu cum gente tua fugiens, illam subsequere, non aliàs visum dirigens: & vade, quò tibi ductum præbebimus. Hæc enim gens à primo ad postremum delebitur. Illis deinceps civitatis illuc cum gaudio properantibus Loth inquit: His meis hospitibus, obsecro, nullatenus malum seu dedecus inferatis, sed Deum timete. Illi quidem interdicebant ei, ne caussam illam tractaret ulterius. Quibus Loth: per Deum vos sectam pessimam amplectimini. An vos vexat ebrietas? En filiæ meæ, quibus pro velle vestro potiamini. Illos autem obstinaces vox excelsa turbavit, summa deorsum, & ima sursum vergens, eosque funditus pluvia lapidea subruit. Quod discretis admirationis satis imprimit. Hanc itaque rectam viam, non illud malorum prodigium, credens sequatur. De hominibus arbores invocantibus, & sic temerariè deviantibus nostram vindictam sumsimus: sicut & homines Albigero,

Versio Nova.

rum in provectâ ætate meâ? Quid ita loquimini? Veritatem tibi dicimus, de Dei gratiâ noli desperare, nullus præter infidelem de Dei gratiâ desperat. O Dei Angeli, infit Abraham, quid desideratis? missi sumus, ad exterminandos infideles, & ad conservandam totam Lothi familiam, uxore ejus exceptâ, inter eos qui pœnas luent numerandâ. Angelos hos, ad Loth ubi pervenerint, non agnoscere se Loth ait, regesserunt hi, ad te contendimus, ut populum hunc instrueremus clariter, ejusque animo dubium circa Dei omnipotentiam evelleremus. Verissimum est quod tibi dicimus: Nocte hac familiam tuam urbe hac jube egredi, & pedetentim eam sequere Tu: Nullus vestrum pone se respiciat, eoque quo jubebimini tendite: impii matutino tempore omnes exterminabuntur. Urbis incolæ ut advenas hos contemplarentur, ad Lothum se contulerunt, quibus Lothus, (scil. ait) peto, ne inquinemini, vosque polluatis, hospitum meorum gratiâ: timete Deum, vosque ipsos ne turpiter dedecorate, ecce filias meas, has rapite, dixêre illi ebrietate con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

ferno septem portis discreto, quarum quæque portionem notam recipiet. Timentes Deum paradisum cum salute timoris expertes ingrediantur, quorum cordibus omnem tollemus malitiam, fientque fratres ex Sectis deliciosissimis mutuo sese respicientes, nunquam illinc ejiciendi, nec aliquo labore malove lædendi. Dic meæ genti, quoniam ego sum misericors, veniæque largitor, & in manu meâ malum gravissimum retinens. Eidem quoque manifesta, quod Hospitibus Abrahæ ad eum ingressis, eumque salutantibus contigit. Quos Abraham videns, inquit: Ego vos non mediocriter timeo. Inquiunt illi: Timere desiste. Lætos namque rumores de puero sapiente à te generando ferimus. Quibus ipse: Hoc mihi quomodo gaudium accidet, cum sim senex? inquiunt, Gaudium est verum, sed tu minimè desperа. Inquit ipse; Nullatenus desperabo, cùm hoc nemo, nisi malus agat. An alia de caussa adveniistis nuncii? Responderunt: Ad malorum hominum Loth perditionem, & illius suæque gentis præter mulierem suam antiquissimam liberationem, atque salutem accessimus. Illis igitur nunciis ad gen-

Versio Nova.

me tentasti, efficiam, ut se tibi immorigeras, tuisque præceptis exhibeant, tuis exceptis, quæ in te confident, seque ultro divinæ tuæ voluntati offerent. Ait Deus: rectum servas tramitem, in probos, meæque legis sectatores homines potestas tua se non extendit, in infideles verò, quibusque infernus reservatus est. Septem portas infernus habet, & singulæ portæ peculium suum sibi particulare, probæ notæ homines habitabunt in hortis limpidis fontibus ornatis, liberabimus eos ex omnis generis infortuniis, in lectis recubabunt, fratrum instar cum mutuo honore, & æterna felicitate beabuntur. Me adorantibus, clementem, & misericordem esse me nuncia, contra castigationes meas asperas, rigorisque plenas. Nuncia ipsis historiam de Abrahami hospitibus, salutarunt ipsum ingressi ædes ejus, sollicitus erat Abraham illis advenientibus, dixerunt ei: Ne turberis super adventu nostro, Dei Angeli sumus, prænunciamus tibi, filium tibi nasciturum, qui magni nominis & æstimationis futurus est; vos ne mihi, ait ille, persuadebitis filium me habitu-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

ſcimus, omnes coadunaturi, cum ſimus potentes, atque periti. Nos item hominem de terrâ, & lutô, Diabolo prius ex igne peſtifero creato, plaſmavimus. Cumque me plaſmaturum hominem de luto, & eidem animæ meæ portionem inſufflaturum Angelis intimavi, illis injungens, ut ſe coram eo projicerent; humiliantes omnes paruerunt. Præter Beelzebub ſe ſubjicere nolentem. Qui cur hoc faceret, interrogatus à Deo, dixit: Qualiter homini de luto cœnoque nigro plaſmato me ſubjiciam? Reſpondit Deus, quoniam malus es, & nequam, deſcende à me uſque ad alium diem rejiciende. Ipſi quidem terminum ad diem publicæ reſurrectionis poſtulanti; Deus inquit: Ad diem horæ ſcitæ terminum poſui. Ipſe quidem nequitia plenus, reſpondens, ait: Ob hoc in me perpetratum à te faciam eis, ſuiſque mundana pulchra videri, eos omnia mala docturus præter gentem, quæ bono, puroque corde te ſuper omnia diligat. Inquit Deus: Meæ gentiſque meæ viæ rectæ ſunt: unde tu minimè potens es credentium in me, niſi tantum eorum qui malos veſtri ſecuti fuerint: quorum omnium vobiſcum fiet congregatio in in-

Versio Nova.

dum; non eſtis vos illi, qui facitis, ut fructus hi producantur, nos vitam, & mortem elargimur, & diſponimus de omnibus in toto hoc univerſo contentis. Quales illi fuerint, qui vobis præceſſêre, novimus, & quales qui vobis ſuccedent, futuri ſint, conſtat item nobis. In fine mundi omnes in unum cogam, ut judicentur, creavimus hominem ex limo terræ, & ante ipſum prius creavimus Diabolum ex igne fumi experte. Recordare, quod Deus dixerit Angelis ſuis: creabo hominem ex limo terræ, flabo in eum, ut vitam ei impertiar, proſternite vos, eumque adorate, Angeli adorarunt eum, Diabolo excepto, Deus ei dixit, quare hominem non adoras? reſpondit illi, non adorabo eum, ex igne formaſti me, eumque ex terræ pulvere, replicat, Paradiſo egredere, exulabis hinc, ad judicii diem uſque maledictus. Domine, ait Diabolus, maledictione tua ne me punias quam ad judicii diem, ait ille: ad judicii diem uſque prædictum maledictus futurus es: Domine, regerit Diabolus, omnes creaturas tentabo, quoniam & tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

verabimus. Omnes quoque cæteri Prophetæ præmissi, ridiculum & contumelias passi sunt. Quamquàm enim nostros in suis antecessoribus effectus viderint, non minus suorum cordium pravitas eos nostris resistere præceptis, & errare perficit. Et si cœli januam, ut rursum ascenderent eis patefaceremus, dicerent, Oculorum nostrorum ebrietas nos nil videre permittit, sumus etenim incantati. Ego quidem in cœlo signa disponens ad ipsius ornatum, & pulchritudinem videntibus apparentem, ipsum ab omnibus malis Diabolis custodio, præter auscultatum venientem, quem sidera fugientem lampas assequitur. Terram item extendens, illique montes altos apponens, & omnes res ponderosas in ea nasci faciens, vobis illic victum remve gestabilem, cui vos nihil redditis, constitui. Non enim ibi quicquam à nobis absconditum, qui certum modum, atque mensuram ubique servamus, ventis imperantes, & imbres ad rerum vegetationem, quos minime pro libro retinere queunt, è cœlo dimittentes, vitam damus, & mortem inducimus, omnium hæredes. Nos quoque natos, & nascituros agno-

Versio Nova.

angeli, nisi improbos castigaturi, nec pœnis ipsorum destinatam horam retardare poterunt. In terram certè Alcoranum misimus, quem absque alteratione servamus: Prophetas hactenus servato ordine misimus, ludibrio habitos impiis, sic profanorum mentibus imprimo malitiam, Prophetæ se incredulos præstabunt, & prædecessorum pœnas incurrent, etiamsi cœli januam reseratam sibi viderent, etiamque exeuntes, & ingredientes (Angelos) non nisi umbratim contemplarentur; dicerent tamen fascinati se oculis esse. Cœli signa creavimus, siderum figuris in contemplatorum gratiam ornavimus, lividi ut rumpantur Satanæ ilia, manifestavimus ista, sed omnia illa quæ in cœlo collucent, sequitur papilio, quem stellam agnoscunt. Terram distendimus, montes concinnâ proportione, vestro bono & commodo omnis generis fructum proferre terram jussimus. Thesauri hujus clavium custodia penes nos est, ut distribuamus eos, prout necessitas exiget, ventum recentem, & frigidiusculum elevari fecimus, & misimus pluviam ad irigandum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

SURATA XV.

Verſio Antiqua. Verſio Nova.

In nomine Dei clementis, & miſericordis.

Hic eſt Liber, & Alchoran evidens, hora quidem veniet, quâ vellent omnes increduli credentes exiſtere. Quod adhuc veraciſſimè ſcient, licet nunc nec comeſtiones, nec actus infrà velle ſuum reprimant. Nos quidem adhuc nullam villam peſſumdedimus, niſi prius ei libro ſcito tradito. Gens item nulla ſuum antecedet terminum, vel ſuccedet. Dicentes, ſe Dæmoniacum eſſe cum hoc libro venientem, & ſe tibi minimè credere velle, niſi cum Angelis mentiri nolentibus adveniſſes, nos firmamus hunc librum à nobis eſſe poſitum, cujus nos cuſtodes perſè-

SIgna hæc Alcorani bonum à malo diſcernentis ſigna ſunt. Quomodò eâdem ſpe ſe alere improbi poterunt, quâ ſe fideles paſcunt? Fuge illos, qui opes pauperum devorant, ſibi divitias ultrò coacervant, ſpeque ſua victitant, finem tandem bonorum perſentiſcent. Nullam civitatum peſſumdedimus quàm ſtato ſuæ ruinæ tempore, nulla gens, nulla natio, fati ſui vices promovere, aut remorari poteſt. Dixêre impii: Quiſquis es, & affirmare auſis tibi tranſmiſſum Alcoranum, veneficii te inſimulabimus, eò uſque, dum angelorum teſtimonio illud ipſum nobis comprobes. Non petent terras

†† ange-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.	Versio Nova.
credulos ad fidem excitandos, mea præcepta propala, docens Unum ſolum Deum adorandum eſſe.	cilia favorem, ſoli fœcunditate non ingratos illos, ut ſpes eſt, futuros bea. Quicquid ubique

in mundo, noſti tu, non item ego. Nec quod in cœlo, nec quod in terra uſpiam eſt, te fugit: Benedictus eſto Deus, cujus beneficio in ultima mea ætate Iſmaëlem, & Iſaacum procreare datum mihi fuit; preces exaudit, cùm placet; Ut benè ſemper faciamus mihi, meiſque poſteris largire, exaudi preces meas! patrata crimina mihi, parenti meo, omnibuſque verè fidelibus in die judicii remitte. Impiorum ſcelera Deum latere ne exiſtimes, pœnam differt peccatorum ad præſtitutum uſque diem, quo mortalium ſinguli oculis apertis peccata ſua coram animadvertere poterunt pectore omnimodò confuſo, omniſque ſpei experte, ac deſolato. Judicii diem populo demonſtraturus ſi ſis Deus; (regerent impii:) ad hæcne tempora quibus hæc eventura ſint, quæ enarras, reſervâſſe nos putandum eſt? retorquet, nunquid uſque adhuc pertinaciter reſurrectionem negâſtis? Injuſtis cohabitâſtis, eorumque caſtigationes, & pœnas obſervâſtis, & quæ parabolicè vobis concionati fuerimus. Conſpirant ſanè, hæc tamen eorum conſpiratio Deo ignota minimè eſt. Malitioſè Prophetam tentare ſatagunt, viſuri, an montes loco mutare poſſint? Adimplet Deus Prophetis promiſſa, & Prophetarum prædicationes falli vetat, omnipotens, & vindex eſt, tranſmutatum ſuo tempore iri cœlum, ac terram ubi perſuaſum habeat: omneſque, & ſingulos eſſe reſurrecturos ſcito. Unus ille, ac ſolus Deus omnipotens ſepulchri egredi homines tum jubebit ſuis. Compediti, & catenis conſtricti tum apparebunt reprobi, pice, & ſulphure illitis veſtibus, ardentibus carbonibus, fœdato vultu, tum retribuet unicuique Deus prout operatus fuerit, promptus enim computator eſt. Ut populi inſtructioni ſalutari inſerviretur, miſſus eſt liber hic, deque uno Deo commonefaceret. In uſum ſuum ſapientiores hæc convertant.

F I N I S.

SU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

merationis tuæ piissimè veniam largire. Nemo cogitet Deum ignorare incredulorum opera, licèt eorum judicium usque diem judicii dilatet: quo capitibus ereptis nusquàm oculos vergere potentes, cordeque mortui coràm venient, dicentes; Deus pone nobis terminum propinquum, & tuorum dicta Prophetarum sequemur. Respondebit Deus; Licèt cohabitantes inter homines suis animabus nocivos, nostram vindictam de illis suntam sæpius vidistis, post artibus atque dolis studentes. Nonnè Deus omnium machinarum, & artium est cognitor? Sed quamquàm artes vestræ montes extulissent, non minus tamen deberetis agnoscere Deum pretiosissimum, & omnium vindicem esse firmum, & immutabilem in omnibus, quæ per Prophetas suos mandaverat. Quoniam terra mutabitur in aliam, & cœlum similiter, fietque coram Deo solo cunctipotente conventus omnium; Veniet gens incredula, manus & collum catenata, camisiis ex Alchitra induta, faciem igne combusta, dabitque Deus promtus dinumerator illis, sicut & cunctis animabus, secundùm suum meritum. Ad bonorum memoriam confirmandam, & in-

Versio Nova.

elargientibus, diem aliquem futurum, qui emere, ac vendere vetiturus sit, & unicuique secundum quod operatus fuerit, retribuet. Adde, Deus creavit terram & cœlos, pluvia eodem permittente solum fœcundat cœlitus vestro bono, utique & naves fecit ille idem maria transfretantes suo indultu, fluvios, Solem, Lunam continuò se moventes creavit, ut & dierum ac noctium vicissitudines ordinavit, & omnia vobis animi desideria cessit, innumerabilia & ineffabilia Dei erga nos beneficia collucent, nihilominus tamen Mechæ populi improbitatis notâ usque contaminantur. Dixit Abraham: Protege urbem hanc Domine, mundi refugium & asylum illa esto, ab idolorum cultu superstitioso me meosque posteros libera; magnum ille populi numerum seduxit: post me venturus, tuamque unitatem professurus ex meis fuerit, contrà immoriger si sit, clemens es & misericors Domine. Mechæ infœcundum solum posterorum meorum aliqui incolunt, ut constanter tuum amplectantur, ferventque cultum, fac ipsis hanc gratiam, reliquorum ipsis concilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

sit, mare cursui navium vestrarum adaptavit, aquas & Solem & Lunam motus indeficientis, & diem ac noctem disposuit, omniaque vestra vota tribuit. Cujus omnia bona vobis data numerare cuiquam non est possibile. Vos tamen vestram incredulitatem, ac malitiam non deseritis. Abraham exorans Deum, ut terram suam securam efficeret, & se suosque filios, ne idolis, quæ multos aberrare fecerant, crederent, corroboraret, inquit: Quisquis me secutus fuerit, meus erit. Cæteris autem Deus veniam, & misericordiam, tribue, tuque sic corda hominum velis ædificare, dans illis hermodactylorum copiam, ut templum Haram ædificatum in terra Aman, accedant, tibique grates persolvant, qui scis æquè corde meo retentum, & ore prolatum: quoniam te nullum occultum cœli Terræque latere potest. Tibi grates devotè reddo, qui mihi munus maximum, videlicet Ismaël & Isaac tribuisti; qui respondens orantibus, Tu me meamque gentem tibi placitas orationes fundere perfice, & illis tu benigne respondе, & mihi parentibusque meis simul, & omnibus bonis die dinu-

Versio Nova.

pluribus fluviis amœnum, in eoque æternùm manebunt, fruituri omnis generis benedictione, & delectamento. Nunquid, ut Deus loquatur parabolicè, capis? Bona vox arbori bonæ radicis similis ramos suos ad cœlum usque disperget, fructusque suo tempore oportuno divinæ Majestatis permissu proferet: hic erudit populum suum, proculdubio memor ejus futurus. Contra turpior vox immundæ arbori similis apparet eradicatæ, quod eam sustineat nihil est absque radice, absque fructu. Animat Deus verè credentes hîc & in futuro orbe divinâ suâ voce, errare facit improbos: quod sibi videtur, facit. Agnoscisne eos, qui gratiam suam improbitatis mantellis obvelare nisi sunt, quique cum ipsis morari permiserunt in domo perditionis assèclas suæ improbitatis? Æternum inferni igne torquebuntur. Deum sodalem parem sibi habere asseverant, & à lege sua aberrant. Dic iis, bene erit vobis in hoc mundo, sed in inferno vestra erit congregatio. Verè autem credentibus refer, tempore sato preces fundentibus, & publicè privatimvè Eleëmosinam

clar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

nos omnes increduli simus, pœnas gravissimas passuri; Credentes autem Dei præcepto, paradisum possessuri, sibi invicem salutem afferent. Vir quidem bonus gerit similitudinem arboris bonæ, radicem firmam habentis, & in altum sè porrigentis, quæ Dei præcepto fructum suum semper tribuit. Vir malus arbori malæ similatur, quæ nec radicis firmitatem, nec retinaculum aliquod obtinet. Istæ similitudines homines ad boni memoriam perducant. Deus omnia prout vult faciens, credentes in hac vitaque futura bonis verbis confirmat; incredulos deviare facit, qui bonum sibi divinitus datum ob incredulitatem spreverunt, se suosque factores in domum ignis detruserunt. Videlicèt in gehennam, ubi positores participum Deo, simul & omnes devii in loco malo permanebunt.

Hic igitur ipsi omne suum velle perficiant, igni posteà tradendi. Credentes autem orationes, & eleëmosynas sibi de bonis datis clam atque palam efficiant, antequàm dies superveniat, omnis emptionis, & mutuationis expers. Deus cœlum, & terram creavit, & imbres ad ortum arborum victum præbentium de cœlo demi-

sint cognita. Eorum infirmiores, qui reproborum asseclas se hic exhibuerint, judicii die dicent; Obtemperavimus vobis, nosne hodie divinis pœnis eximere poteritis? respondebunt; si veram Deus nos viam ingredi fecisset, utique & vos eandem ingressuri fuissetis nobis præeuntibus, eadem quâ vos infelicitate affligimur, ploramus, & lamentamur, nostrumque dolemus infortunium, sed nullum, quo confugiamus, nobis suppetit asylum, nec est qui nos defendere velit. Illis tùm Diabolus inquiet: Mentiri nequit Deus, Dei promissum infallibiter prædixeram vobis, me duce, & impulsore immorigeros Deo vos præbuistis, tentationibus meis illecti, non alia ratione, quàm tentationis viâ seduci à me poteratis; non malè utique consultum mihi est, vobis mihi obedientibus, sed vobismetipsis pessimè; tutorem vestrum non ago, nec vos mihi defensores estis, improbitatis ipsemet arguor, dum me à vobis adorari passus sum. Vobis omnibusque infidelibus infernus addictus est, maximos in eo cruciatus sentient, probi verò Paradisum ingredientur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

bus deinceps in gehenna aqua venenosa potum tribuetur, quæ cùm attrahitur, ferè suffocat; mori tamen minimè poterunt, sed illos malum gravissimum passuros cruciatus ambiet circumquaque.

Incredulorum facta cineri per ventum impetuosum dispersò similia sunt; cùm utrobique impossibilis sit coadunatio, & prolixus error. Nonne cœli terræque Conditori satis leve est, vos quacunque voluerit horâ confundere, aliamque gentem facere, ad quem omnium erit conventus? Tunc etiam pauperes suis Dominis, atque Prælatis inquient: Vos si alicujus estis potentiæ, vestri semper sequaces à malo protegite. Sed ipsi dicent: Si Deus nos in rectam viam direxisset, vos nobiscum duxissemus. Nunc autem unum nobis incumbit, sive patienter sustineamus, sive gemamus, & lachrymemur, cùm in manu nostra nihil sit ulterius. Tunc tandem Diabolus ipse confitebitur, verum dicens: Deus quidem vobis veritatem, ego falsitatem persuasi. Et licèt nil constans, vel evidens induxissem, vos vocati statim me secuti estis. Undè me nullatenus, sed animas vestras reus censète. Hic enim nullus nostri præsidium alii tribuet, cum

Versio Nova.

remus. Bonis insistimus operibus; divinæ Majestati probæ notæ homines facilè confidunt. His infideles iterum: à nostra religione alienis terris nostris vobis interdicimus, his non obstantibus, manifestavit Deus Prophetis infideles perituros, eosque post impiorum interitum terras occupaturos; Dei timentes protectum iri insuper, pœnasque malis imminentes exhorrescentes. Servati sunt Dei gratiâ freti vates, impii autem contumaces exterminati ad inferos usque præcipitabuntur lacus, tabe, sanie, & urinosâ aquâ potionem mistam imbibent, undequaque illic mortis horrida prius obversabitur imago, quam totam istam insipido ore deglutierint, necdum tamen vitæ finis erit majores toleraturis cruciatus. Bona impiorum opera, pulveri venti impetu agitata similia, inutilia ipsis futura, &, eò quod longè à veritate recesserint, expungenda. Nunquid animadvertunt Deum creâsse cœlum, & terram? posse se ab eo exterminari, aliumque populum de novo creari, & substitui, sicubi Deo visum fuerit? factu hoc Deo facilè; quippe cum omnia Deo

sint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

injiciebant, dicentes: Vestris præceptis, quoniam mendacia nobis sunt, nunquàm credemus. Responderunt nuncii: Deo non est quid ambiguum, seu falsum, cœli terræque conditori, qui omnes advocat, ut veniam faciat, terminumque scitum in anteà vobis constituat, & ad tempus nominatum vos dilatet. Ipsi verò respondentes, dixerunt: Cùm vos velut nos homines sitis, cur nos à nostrorum patrum institutis repellere nitimini? An cum rebus mirandis, ut in eas credamus, venitis? Quibus nuncii dixerunt; Nos quidem nil aliud quàm homines, sicut vos, existimus, facitque Deus in sua gente misericordiam; nec nos vestra possumus adimplere desideria, nisi Deo volente, jam rectam viam edocente. Cui nos sustinentes malum nobis per vos illatum, nos commendamus, sicut & omnes sapientes atque boni. Responderunt increduli; Aut ad legem nostram convertimini, aut è terris nostris ejicieмini. Horum deinceps confusionem Deus intulit ipsis incredulis, ut sic credentes, & me diemque futurum timentes, terram illorum incredulorum loco colant; quibus terras adperui, incredulos ad nihilum redigendo. Qui-

Versio Nova.

scite, nec eum vestri indigere notum sit vobis. Aut ignoratis, quid ante vestra tempora evenerit Nohæ, Aäd, & Themudi seculis eorumque posteris? quos præ magnâ eorum multitudine, præter Deum, nemo novit. Prophetarum ministerio transmisit eis præcepta sua Deus, præ iracundia, manuum volutatione colliserunt sibi, dicentes: Ejuramus & condemnamus Doctrinam vestram: replicârunt Prophetæ: Circa fidem de Dei, Cœli, ac Terræ creatoris, unitate, aliquodne dubium oboriri potest? Invitat vos, & vocat, remissurus vobis delicta vestra, pœnas vestras ad præstitutum diem usque dilaturus. Responderunt illi: Mortales, nobis per omnia similes creaturæ estis, Deos majorum nostrorum adorare quid nos prohibetis? firmis solidisque satis argumentis suggestiones nobis vestras adstruite. At hi: Vobis similes homines sumus, Deus dona sua variè pro lubitu singulis dispertitur, hujus vocatione & permissu ad vos venimus, in eo verè fideles omnem spem repositam habent, quin Dei voluntate, cujus ductu verum attigimus tramitem, acquiesce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Versio Antiqua.

mum sibi futurum patefacias. Nullum Prophetarum hucusque, nisi cum suæ gentis lingua, ut singulorum optimus interpres haberetur, misimus. Et Deus omnium sapientissimus, hos in viam pravam abducit, illos in viam rectam dirigit. Sic Moyses missus suæ genti, ut eam à tenebris ad lucem reduceret, & dierum Dei eos memores efficeret. In quibus sunt admiranda sustinentibus, grateque reddentibus, eis persuasit unum Deum adorare, ipsiusque beneficium exorare, qui eam de gente Pharaonis & ipso liberavit, quæ prolem suam peremit, & suis mulieribus potita est: quod est coram Deo detestabile, qui & dixit, vestra se bona multiplicaturum, post gratiarum redditionem. Sed si vos, omnisque terrenus, increduli maneatis, de vobis Deus nullatenùs curabit, quoniam ipse cunctorum est abundantissimus, & gratiâ plenus.

Nonne recordamini prædecessorum vestrorum, videlicèt gentium Noë, & Haath, & Themuth, suorumque posterorum, mandatique divini illis missi, quo Deus solus agnoscit: In hora quidem nunciorum cum miraculis advenientium, increduli manus

Versio Nova.

anteponentes, à legis tramite aberrantes, eumque pervertentes, summatim quàm alienissimi à veritate in errore versantur. Eorundem Prophetæ, ad quos erudiendos missi, Linguâ (*Arabicâ*) locuti. Sanè comitatur, & deviare facit Deus quos vult, omnipotens quippe, & prudens est. Miraculis illustrem perpetratis Mosen misimus, ut tenebris obrutos Israëlitas ad lucem reduceret: Quos legis præcepta edocuit in bono perseverantes, nec pro acceptis beneficiis ingratos futuros ad ædificationem, & salutem. In hæc verba Moses ad populum istum erupit; Tantæ à Deo gratiæ acceptæ memores estote, ex immanibus quantum angustiis sub Pharaonis imperio perpessis evadere vos fecit Deus, sub cujus crudeli dominio liberos vestros jugulare, uxores molestari, & pessimè haberi vidistis, & vobis ipsis innumera mala infligi perpessi estis. Dixit Dominus, ingrati nisi fueritis, multiplicabitur super vos gratia mea, impii verò castigabimini. Ejus populo Moses hæc: Si cum reliquâ hominum colluvie impietatis jure arguamini, semper glorioſum Deum agnoscite,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

SEQUUNTUR

Duæ adhuc Latinæ harum duarum Suratarum Versiones, quarum prima Vetusta est, & Antiqua Roberti Retinensis, *atque* Hermanni Dalmatæ *à* Petro Abbate Cluniacensi *ad Versionem totius Alcorani antè circiter* D. *annos conductorum. Altera Nova è Gallica* Andr. du Ryer *confecta.*

SURATÆ XIV.

Versio Antiqua.

Hunc Librum super te posuimus, ut per ipsum homines ab umbris ad lucem, ad viam videlicèt Dei, qui est comprehensibilis & sapiens, qui cunctis cœli terræque creaturis imperat, diligenter extrahas: Incredulis verò, videlicèt hujus sæculi vitam alii præferentibus, & à via Dei recta se distorquentibus, suum errorem redarguendo, malum gravissi-

Versio Nova.

In Nomine Dei Clementis, & Misericordis.

DEus sum misericors ego. En librum missum tibi, ut curares populum è tenebris educi, & ad lucem semperque triumphantis, & glorioſi Domini tui semitam revocari. Quicquid ubique est, cœloque ac terrâ continetur Dei est. Væ infidelibus mundi hâc corruente machinâ, extremè angentur, mundi commoda cœli bonis

† ante-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

Alcoranus eſſet diviſus. 94. Et per Dominum tuum interrogabimus eos omnes de eo quod egerunt. 95. Scribe quod juberis, & diſcede ab aſſociantibus. 96. Etenim evertimus tibi irriſores. 97. Qui cum Deo ponunt Deum alium, ſed poſtea ſcient. 98. Nunc verò ſcimus pectus tuum anguſtari, ob id quod dicunt. 99. Lauda Dominum tuum laudando, & ſis ex adorantibus, & cole Deum tuum, donec ad te veniat fides certa.

Finita eſt Surata Hegjera
Meccæ ſcripta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

ٱلْقُرْءَانَ عِضِينَ * فَوَرَبِّكَ لَنَسْـَٔلَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ عَمَّا كَانُوا
يَعْمَلُونَ * فَٱصْدَعْ بِمَا تُؤْمَرُ وَأَعْرِضْ عَنِ ٱلْمُشْرِكِينَ *
إِنَّا كَفَيْنَاكَ ٱلْمُسْتَهْزِءِينَ * ٱلَّذِينَ يَجْعَلُونَ مَعَ ٱللَّهِ
إِلَٰهًا ءَاخَرَ فَسَوْفَ يَعْلَمُونَ * وَلَقَدْ نَعْلَمُ أَنَّكَ يَضِيقُ صَدْرُكَ
بِمَا يَقُولُونَ * فَسَبِّحْ بِحَمْدِ رَبِّكَ وَكُنْ مِنَ ٱلسَّاجِدِينَ
وَٱعْبُدْ رَبَّكَ حَتَّىٰ يَأْتِيَكَ ٱلْيَقِينُ ۞

كَمُلَتْ سُورَةُ ٱلْحِجْرِ مَكِّيَّةٌ ۞

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

jubebimini. 65. Et immisimus ei mandatum illud *fatale*, quoniam aurorâ adventante illi funditus sunt excisi. 66. Et venit populus civitatis ut lætaretur. 67. Dixit: Sunt illi hospites mei, nolite eis injuriam facere. 68. Timete Deum, neque me dolore afficite. 69. Dixerunt: an impedimus te à Creaturis? 70. Dixit: ecce vobis filias meas, si quid conemini. 71. Per vitam tuam ipsi in ebrietate sua attoniti oberant. 72. Et clamor invasit eos matutinantes. 73. Et posuimus locum sublimem in imum. 74. Et pluere fecimus super eum lapides è libro fatali. 75. Utique in hoc exemplum extabit transeuntibus. 76. Hanc itaque per viam rectam. 77. Sanè hoc erit exemplum credentibus. 78. Quum fuerint socii mali, & iniqui. 79. Quapropter de illis vindictam sumsimus, sunt enim bestiæ manifestæ. 80. Et jam mendacii accusarunt Prophetas, socii Hegjeri. 81. Et attulimus eis signa nostra, & desciverunt ab eis. 82. Et excindebant de montibus ædes firmas. 83. Et invasit eos tonitru tempore matutino. 84. Neque profuit eis, quod lucrati erant. 85. Nec creavimus cœlum, & terram, & quodcunque est sub ea, nisi in veritate. 86. Utique hora venit, ignosce ignoscendo pulchrè. 87. Etenim Dominus tuus est creator sciens. 88 Et jam attulimus tibi septem sectiones, *ut &* Alcoranum magnum. 89. Non inclinas aures tuas ad uxores, quibus in eo vobis frui concessimus, eas neutiquam dolore afficiatis, pande alas super credentes. 90. Et dic: ego sum monitor manifestus. 91. Sicut demisimus super participantes. 92. Scribe quod juberis, & discede ab associantibus. 93. Qui fecerunt, *ut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

تُؤْمَرُونَ * وَقَضَيْنَا إِلَيْهِ ذَلِكَ الْأَمْرَ أَنَّ دَابِرَ هَؤُلَاءِ مَقْطُوعٌ
مُصْبِحِينَ * وَجَاءَ أَهْلُ الْمَدِينَةِ يَسْتَبْشِرُونَ * قَالَ إِنَّ هَؤُلَاءِ
ضَيْفِي فَلَا تَفْضَحُونَ * وَاتَّقُوا اللَّهَ وَلَا تُخْزُونَ * قَالُوا أَوَلَمْ
نَنْهَكَ عَنِ الْعَالَمِينَ * قَالَ هَؤُلَاءِ بَنَاتِي إِنْ كُنْتُمْ فَاعِلِينَ *
لَعَمْرُكَ إِنَّهُمْ لَفِي سَكْرَتِهِمْ يَعْمَهُونَ * فَأَخَذَتْهُمُ الصَّيْحَةُ
مُشْرِقِينَ * فَجَعَلْنَا عَالِيَهَا سَافِلَهَا وَأَمْطَرْنَا عَلَيْهِمْ
حِجَارَةً مِنْ سِجِّيلٍ * إِنَّ فِي ذَلِكَ لَآيَاتٍ لِلْمُتَوَسِّمِينَ *
وَإِنَّهَا لَبِسَبِيلٍ مُقِيمٍ * إِنَّ فِي ذَلِكَ لَآيَةً لِلْمُؤْمِنِينَ * وَإِنْ
كَانَ أَصْحَابُ الْأَيْكَةِ لَظَالِمِينَ * فَانْتَقَمْنَا مِنْهُمْ وَإِنَّهُمَا
لَبِإِمَامٍ مُبِينٍ * وَلَقَدْ كَذَّبَ أَصْحَابُ الْحِجْرِ الْمُرْسَلِينَ *
وَآتَيْنَاهُمْ آيَاتِنَا فَكَانُوا عَنْهَا مُعْرِضِينَ * وَكَانُوا يَنْحِتُونَ
مِنَ الْجِبَالِ بُيُوتًا آمِنِينَ * فَأَخَذَتْهُمُ الصَّيْحَةُ مُصْبِحِينَ *
فَمَا أَغْنَى عَنْهُمْ مَا كَانُوا يَكْسِبُونَ * وَمَا خَلَقْنَا
السَّمَاوَاتِ وَالْأَرْضَ وَمَا بَيْنَهُمَا إِلَّا بِالْحَقِّ وَإِنَّ السَّاعَةَ لَآتِيَةٌ
فَاصْفَحِ الصَّفْحَ الْجَمِيلَ * إِنَّ رَبَّكَ هُوَ الْخَلَّاقُ الْعَلِيمُ * وَلَقَدْ
آتَيْنَاكَ سَبْعًا مِنَ الْمَثَانِي وَالْقُرْآنَ الْعَظِيمَ * لَا تَمُدَّنَّ
عَيْنَيْكَ إِلَى مَا مَتَّعْنَا بِهِ أَزْوَاجًا مِنْهُمْ وَلَا تَحْزَنْ عَلَيْهِمْ
وَاخْفِضْ جَنَاحَكَ لِلْمُؤْمِنِينَ * وَقُلْ إِنِّي أَنَا النَّذِيرُ
الْمُبِينُ * كَمَا أَنْزَلْنَا عَلَى الْمُقْتَسِمِينَ * الَّذِينَ جَعَلُوا
الْقُرْآنَ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

ſeducam eos omnes. 40. Præter ſervos tuos, quos purificaſti. 41. Dixit, hæc eſt via mea recta. 42. Etenim in ſervos meos dominium tibi non eſt, niſi qui te errantem ſecuti fuerint. 43. Utique infernus eſt locus eorum omnium præſtitutus. 44. Sunt ei portæ ſeptem, & ſingulæ portæ eſt pars ſeparata. 45. Timentes autem erunt in hortis, & in fontibus, intraverunt eam cum pace credentes. 46. Et abſtulimus ex eorum pectoribus quodcunque reſtabat erroris, erunt fratres, in lætitia ſibi oppoſiti. 47. Non invadet eos illic calamitas, neque educentur inde. 48. Propheta, ſerve mi, ſum ego miſericors in ignoſcendo. 49. Utique dolor meus eſt dolor dolorificus. 50. Et narra eis de hoſpitibus Abrahami. 51. Cum intrarent ad eum, dixerunt: Pax, dixit equidem nos â vobis metuimus. 52. Dixerunt: ne metuas, nos annunciamus tibi *natum iri* puerũ ſcientem. 53. Dixit: anne mihi nunciatis *talia?* cum jam ætate provectus ſim, & quem annunciatis? 54. Dixerunt annunciamus tibi vera, ne ſis ex deſperantibus. 55. Dixit; quis deſperet de miſericordia Domini ſui, niſi qui errant. 56. Dixit; ô vos Legati quodnam eſt negotium veſtrum. 57. Dixerunt: utique nos miſſi ſumus ad populum improbum. 58. Familiam autem Lothi liberabimus eam omnem. 59. Præter uxorem ejus, quam prædeſtinavimus, ut ſit ex tranſgredientibus. 60 Et poſtquam venerunt Legati ad familiam Lothi. 61. Dixit: utique vos populus *mihi eſtis* ignotus. 62. Dixerunt: quin nos tibi attulimus in quod ipſi rebellarunt. 63. Et attulimus tibi veritatem, ſumus enim veraces. 64. Congrega familiam tuam media nocte, & ſequere ductũ eorum, ne quiſquam ex vobis reſpiciat, & ite quo

 jubebimini

وَلَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ * إِلَّا عِبَادَكَ مِنْهُمُ ٱلْمُخْلَصِينَ * قَالَ
هَذَا صِرَاطٌ عَلَيَّ مُسْتَقِيمٌ * إِنَّ عِبَادِي لَيْسَ لَكَ عَلَيْهِمْ سُلْطَانٌ
إِلَّا مَنِ ٱتَّبَعَكَ مِنَ ٱلْغَاوِينَ * وَإِنَّ جَهَنَّمَ لَمَوْعِدُهُمْ أَجْمَعِينَ *
لَهَا سَبْعَةُ أَبْوَابٍ لِكُلِّ بَابٍ مِنْهُمْ جُزْءٌ مَقْسُومٌ * إِنَّ
ٱلْمُتَّقِينَ فِي جَنَّاتٍ وَعُيُونٍ * أُدْخُلُوهَا بِسَلَامٍ آمِنِينَ * وَنَزَعْنَا
مَا فِي صُدُورِهِمْ مِنْ غِلٍّ إِخْوَانًا عَلَى سُرُرٍ مُتَقَابِلِينَ *
لَا يَمَسُّهُمْ فِيهَا نَصَبٌ وَمَا هُمْ مِنْهَا بِمُخْرَجِينَ * نَبِّئْ عِبَادِي
أَنِّي أَنَا ٱلْغَفُورُ ٱلرَّحِيمُ * وَأَنَّ عَذَابِي هُوَ ٱلْعَذَابُ ٱلْأَلِيمُ *
وَنَبِّئْهُمْ عَنْ ضَيْفِ إِبْرَاهِيمَ * إِذْ دَخَلُوا عَلَيْهِ فَقَالُوا سَلَامًا
قَالَ إِنَّا مِنْكُمْ وَجِلُونَ * قَالُوا لَا تَوْجَلْ إِنَّا نُبَشِّرُكَ بِغُلَامٍ
عَلِيمٍ * قَالَ أَبَشَّرْتُمُونِي عَلَى أَنْ مَسَّنِيَ ٱلْكِبَرُ فَبِمَ تُبَشِّرُونَ *
قَالُوا بَشَّرْنَاكَ بِٱلْحَقِّ فَلَا تَكُنْ مِنَ ٱلْقَانِطِينَ * قَالَ وَمَنْ
يَقْنَطُ مِنْ رَحْمَةِ رَبِّهِ إِلَّا ٱلضَّالُّونَ * قَالَ فَمَا خَطْبُكُمْ أَيُّهَا
ٱلْمُرْسَلُونَ * قَالُوا إِنَّا أُرْسِلْنَا إِلَى قَوْمٍ مُجْرِمِينَ * إِلَّا آلَ
لُوطٍ إِنَّا لَمُنَجُّوهُمْ أَجْمَعِينَ * إِلَّا امْرَأَتَهُ قَدَّرْنَا إِنَّهَا لَمِنَ
ٱلْغَابِرِينَ * فَلَمَّا جَاءَ آلَ لُوطٍ ٱلْمُرْسَلُونَ * قَالَ إِنَّكُمْ قَوْمٌ
مُنْكَرُونَ * قَالُوا بَلْ جِئْنَاكَ بِمَا كَانُوا فِيهِ يَمْتَرُونَ *
وَأَتَيْنَاكَ بِٱلْحَقِّ وَإِنَّا لَصَادِقُونَ * فَأَسْرِ بِأَهْلِكَ بِقِطْعٍ مِنَ
ٱللَّيْلِ وَٱتَّبِعْ أَدْبَارَهُمْ وَلَا يَلْتَفِتْ مِنْكُمْ أَحَدٌ وَٱمْضُوا حَيْثُ
تُؤْمَرُونَ *

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

ornavimus eum aſpicientibus. 17. Et cuſtodivimus eum ab omni Diabolo execrabili. 18. Excepto eo qui furatus eſt auditum, & ſecuta eſt eum ſtella manifeſta. 19. Et terram extendimus, & in ea poſuimus montes, & in ea germinare fecimus omnem rem ponderatam. 20. Et poſuimus vobis in ea varia alimenta. 21. At qui vos non fuiſtis ei pro alimentis conceſſis grati. 22. Nam hujuſmodi theſauri non ſunt, niſi apud nos, non demittemus eos, niſi menſura cognita. 23. Et demiſimus ventos fortiſſimos, & demiſimus de cœlo aquam, & rigavimus frumenta, haut tamen eſtis ei pro *dictis* theſauris *grati*. 24. Nos vivificamus, & morte afficimus, & nos hæreditatem damus. 25. Et jam novimus, quinam ex vobis ſint anticipantes, qui verò ſuccedentes. 26. Utique Dominus ipſe congregabit eos, eſt enim ſapientiſſimus, ac ſcientiſſimus. 27. Et creavimus quoque hominem è luto, è limo fœtido. 28. Diabolum autem ante creavimus ex igne venenorum. 29. Et dixit Dominus tuus Angelis: ego creo carnem è luto, & limo fœtido. 30. Ecce polivi eum, & inflavi ei de anima mea, procedite, & adorate eum. 31. Et adoraverunt eum Angeli omnes ſimul, præterquam Diabolus. 32. Dixit: ô Diabole! quid tibi? quare non es cum adorantibus? 33. Dixit: nolo ego adorare carnem quam creaſti ex limo & luto fœtido, dixit, exi ex ea (ſcil. *Paradiſo*,) es enim impius. 34. Super te ſit maledictio uſque ad diem judicii. 35. Dixit: Domine, concede mihi tempus uſque ad diem quo reſuſcitabuntur. 37. Dixit: utique conceſſum eſt tibi tempus. 38. Ad diem temporis cogniti. 39. Dixit: Domine, in quo me errare feciſti, ego eos in terra errare faciam, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

وَزَيَّنَّاهَا لِلنَّاظِرِينَ * وَحَفِظْنَاهَا مِنْ كُلِّ شَيْطَانٍ رَجِيمٍ *
إِلَّا مَنِ ٱسْتَرَقَ ٱلسَّمْعَ فَأَتْبَعَهُ شِهَابٌ مُبِينٌ * وَٱلْأَرْضَ
مَدَدْنَاهَا وَأَلْقَيْنَا فِيهَا رَوَاسِيَ وَأَنْبَتْنَا مِنْ كُلِّ شَيْءٍ
مَوْزُونٍ * وَجَعَلْنَا لَكُمْ فِيهَا مَعَايِشَ وَمَنْ لَسْتُمْ لَهُ بِرَازِقِينَ *
وَإِنْ مِنْ شَيْءٍ إِلَّا عِنْدَنَا خَزَآئِنُهُ وَمَا نُنَزِّلُهُ إِلَّا بِقَدَرٍ
مَعْلُومٍ * وَأَرْسَلْنَا ٱلرِّيَاحَ لَوَاقِحَ فَأَنْزَلْنَا مِنَ ٱلسَّمَآءِ مَآءً
فَأَسْقَيْنَاكُمُوهُ وَمَا أَنْتُمْ لَهُ بِخَازِنِينَ * وَإِنَّا لَنَحْنُ نُحْيِي
وَنُمِيتُ وَنَحْنُ ٱلْوَارِثُونَ * وَلَقَدْ عَلِمْنَا مِنْكُمُ ٱلْمُسْتَقْدِمِينَ *
وَٱلْمُسْتَأْخِرِينَ * وَإِنَّ رَبَّكَ هُوَ يَحْشُرُهُمْ إِنَّهُ حَكِيمٌ عَلِيمٌ * وَلَقَدْ
خَلَقْنَا ٱلْإِنْسَانَ مِنْ صَلْصَالٍ مِنْ حَمَإٍ مَسْنُونٍ * وَٱلْجَآنَّ
خَلَقْنَاهُ مِنْ قَبْلُ مِنْ نَارِ ٱلسَّمُومِ * وَإِذْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَٰٓئِكَةِ
إِنِّي خَالِقٌ بَشَرًا مِنْ صَلْصَالٍ مِنْ حَمَإٍ مَسْنُونٍ * فَإِذَا سَوَّيْتُهُ
وَنَفَخْتُ فِيهِ مِنْ رُوحِي فَقَعُوا لَهُ سَاجِدِينَ * فَسَجَدَ ٱلْمَلَٰٓئِكَةُ
كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ * إِلَّا إِبْلِيسَ قَالَ يَا إِبْلِيسُ مَا لَكَ أَلَّا
يَكُونَ مَعَ ٱلسَّاجِدِينَ * قَالَ لَمْ أَكُنْ لِأَسْجُدَ لِبَشَرٍ خَلَقْتَهُ
مِنْ صَلْصَالٍ مِنْ حَمَإٍ مَسْنُونٍ * قَالَ فَاخْرُجْ مِنْهَا فَإِنَّكَ
رَجِيمٌ * وَإِنَّ عَلَيْكَ ٱللَّعْنَةَ إِلَىٰ يَوْمِ ٱلدِّينِ قَالَ رَبِّ فَأَنْظِرْنِي
إِلَىٰ يَوْمِ يُبْعَثُونَ * قَالَ فَإِنَّكَ مِنَ ٱلْمُنْظَرِينَ إِلَىٰ يَوْمِ ٱلْوَقْتِ
ٱلْمَعْلُومِ * قَالَ رَبِّ بِمَا أَغْوَيْتَنِي لَأُزَيِّنَنَّ لَهُمْ فِي ٱلْأَرْضِ
وَلَأُغْوِيَنَّهُمْ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

SURATA HEGJERA,

SIVE CAPUT

ALCORANI XV.

Habens Verſus nonaginta-novem.

In Nomine Miſeratoris Miſericordis.

HÆc ſunt ſigna Libri, & Alcorani manifeſtati. 1. Sæpè exoptarunt infideles, ut ſint Muſlimi. 2. Expelle eos, comedant, & oblectent ſe, fallat ipſos ſpes, ſed poſtea intelligent. 3. Non perdidimus civitatem *ullam*, cui non fuit liber cognitus. 4. Non anticipabit terminum ullus populus, neque tardabit. 5. Et dixerunt: ô tu ad quem deſcendit liber! inſanæ mentis es. 6. Niſi venias ad nos cum angelis ſi es verax. 7. Non demittemus Angelos niſi cum judicio, non enim ſunt tunc procraſtinantes. 8. Ecce nos demiſimus commemorationem, i. e. *Alcoranum*, eamque ſervabimus. 9. Et jam quidem ante te miſimus myriades Prophetarum. 10. *Sed quo te excipient modo, exceperunt & illos*, neque venerunt ad eos Prophetæ, quos non irriſerint. 11. Ita inſpirabimus cordibus impiorum, ne credant. 12. Et jam præterit lex priorum, ſi aperiremus illis januam cœli, errarent ſanè in eo ceſpitantes. 13. Dicerent etenim, viſus noſter inebriatus eſt, & nos ſumus populus obfaſcinatus. 14. Et jam collocavimus in cœlo Zodiacum &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

سُورَةُ ٱلْحِجْرِ وَهِيَ تِسْعٌ وَتِسْعُونَ
أَيَةً مَكِّيَّةٌ

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَنِ ٱلرَّحِيمِ *

الر تِلْكَ آيَاتُ ٱلْكِتَابِ وَقُرْآنٍ مُّبِينٍ * رُّبَمَا
يَوَدُّ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا لَوْ كَانُوا مُسْلِمِينَ *
ذَرْهُمْ يَأْكُلُوا وَيَتَمَتَّعُوا وَيُلْهِهِمُ ٱلْأَمَلُ فَسَوْفَ
يَعْلَمُونَ * وَمَا أَهْلَكْنَا مِن قَرْيَةٍ إِلَّا وَلَهَا كِتَابٌ مَّعْلُومٌ *
مَا تَسْبِقُ مِنْ أُمَّةٍ أَجَلَهَا وَمَا يَسْتَأْخِرُونَ * وَقَالُوا يَا أَيُّهَا
ٱلَّذِي نُزِّلَ عَلَيْهِ ٱلذِّكْرُ إِنَّكَ لَمَجْنُونٌ * لَوْ مَا تَأْتِينَا
بِٱلْمَلَٰئِكَةِ إِن كُنتَ مِنَ ٱلصَّادِقِينَ * مَا نُنَزِّلُ ٱلْمَلَٰئِكَةَ
إِلَّا بِٱلْحَقِّ وَمَا كَانُوا إِذًا مُّنظَرِينَ * إِنَّا نَحْنُ نَزَّلْنَا
ٱلذِّكْرَ وَإِنَّا لَهُ لَحَافِظُونَ * وَلَقَدْ أَرْسَلْنَا مِن قَبْلِكَ
فِي شِيَعِ ٱلْأَوَّلِينَ * وَمَا يَأْتِيهِم مِّن رَّسُولٍ إِلَّا كَانُوا بِهِ
يَسْتَهْزِءُونَ * كَذَٰلِكَ نَسْلُكُهُ فِي قُلُوبِ ٱلْمُجْرِمِينَ لَا
يُؤْمِنُونَ بِهِ * وَقَدْ خَلَتْ سُنَّةُ ٱلْأَوَّلِينَ وَلَوْ فَتَحْنَا عَلَيْهِمْ بَابًا
مِّنَ ٱلسَّمَاءِ فَظَلُّوا فِيهِ يَعْرُجُونَ * لَقَالُوا إِنَّمَا سُكِّرَتْ أَبْصَٰرُنَا
بَلْ نَحْنُ قَوْمٌ مَّسْحُورُونَ * وَلَقَدْ جَعَلْنَا فِي ٱلسَّمَاءِ بُرُوجًا
وَزَيَّنَّاهَا

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]

SURATA

DECIMA-QUINTA

ALCORANI

Cum Verſione Latina litterali.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 M 15 [1]